BIBL. DE L'UNIVERSITÉ

OBLONGS
32

THÈSES
ANCIENNES
DU
XVIIᵉ SIÈCLE
2

OBL 32_2

LA VRILLIERE (Balthazar PHELYPEAUX DE)	Philosophie	9 août 1657	II	227
LE BAS DE GLATIGNY (Paul-Philippe)	Philosophie	8 sept. 1661	II	152 ,et
			II	152bis.
LE BLAIS DU QUESNAY (Louis)	Philosophie	[3 nov.]1662	II	153
LE BOUTHILLIER (François)	Théologie	[13 fév.]1662	II	154 ;et
			II	154bis.
LE BOUTHILLIER DE CHAVIGNY (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	8 juill.1656	II	155
LE BRUN (Henri)	Philosophie	28 juil.1659	II	156
LE CAMUS (André)	Philosophie	6 août 1660	II	157
LE CAMUS (Etienne)	Théologie	28 nov. 1656	II	158
LE CHAPELIER (Georges)	Théologie	18 févr.1662	II	159
LE DOULX (Florent)	Théologie	[8] mai 1656	II	160
LE FILLEUL (Claude)	Philosophie	10 août 1660	II	161
LE FRANC (Aegidius)	Philosophie	[5 septembre] 1660	II	162
LE GAIGNEULX (Jacques)	Théologie	7 janv. 1662	II	163
LE GOBIEN (Guillaume)	Théologie	2 oct. 1657	II	164
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	12 févr.1657	II	165
LE GRAS (Frère Bernard)	Théologie	29 nov. 1657	II	166
LE HOUX (Jean)	Philosophie	18 août 1658	II	167
LE MOYNE (Alphonse)	Théologie	17 avri.1663	II	168
LE NORMAND (Fr. Guillaume)	Théologie	[10 jan.1662]	II	169 ,et
			II	169bis.
LE PETIT (Nicolas)	Théologie	9 mai 1659	II	170
LE PICART (François)	Théologie	25 janv.1652	II	171
LE ROUGE (Charles)	Théologie	13 avr. 1667	II	172
LE ROUX DE NEUVILLE (Pierre)	Théologie	15 mai 1659	II	173
LE SAUVAGE (René)	Théologie	26 sept.1657	II	174
LE TELLIER (François)	Philosophie	21 août 1661	II	175
LE VERRIER (René)	Théologie	26 juillet 1652	II	176
LELEU (Joannes-Baptista)	Théologie	[29] sept. 1667	II	177
LEMPEREUR (F. Claude)	Théologie	[7 juin]1669	II	178
LEMPEREUR (Henri)	Philosophie	10 juil.1661	II	179
LENOIR (Pierre)	Philosophie	6 août 1662	II	180 ,et
				180bis.
LEOTAUD (Charles)	Théologie	23 mai 1664	II	181
LIONNE (Louis-Hugues de)	Philosophie	2 juill.1662	II	182
LOMENIE DE BRIENNE (Charles-François de)	Philosophie	16 juil.16..?	II	183
LOMENIE DE BRIENNE (Charles-François de)	Théologie	14 janv.1664	II	184
LOTTEAUX (Louis)	Théologie	19 sept.1669	II	185
LOUBERES (F. Prosper)	Théologie	5 août 1669	II	186
LOUVERSE (F. Pierre)	Philosophie	2 août 1665	II	187
LOYS (F. Jérôme)	Théologie	9 févr. 1662	II	188
MACQUERE (Nicolas)	Philosophie	12 juil.1670	II	189
MAILLARD DE LA BOISSIERE (Jean)	Philosophie	10 août 1662	II	190
MAILLET (Pamphile)	Théologie	5 déc. 1661	II	191
MALETESTE (Jean)	Théologie	[11]avr. 1663	II	192
MALITOURNE (Jacques)	Philosophie	10 août 1665	II	193
MALLET (Nicolas)	Théologie	15 oct. 1663	II	194
MARGUERY (Nicolas)	Philosophie	30 juil.1651	II	195
MARILLAC (André de)	Philosophie	10 août 1659	II	196 ,et)
			II	197)
MARILLAC (René de)	Philosophie	3 août 1659	II	198
MARNE (F. Georges)	Philosophie	29 mai 1662	II	199
MAUGER (Laurent)	Philosophie	8 juill.1663	II	200
MAURAGE (Pierre)	Théologie	3 sept. 1669	II	201
MELICQUE (Nicolas)	Philosophie	8 août 1660	II	202
MELUN DE MAUPERTUIS (Mathieu de)	Théologie	[8]août 1660	II	203
MERAULT (Pierre)	Philosophie	7 juillet1658	II	204
MEUR (Vincent)	Théologie	4 juin 1661	II	205
MICHAU (Jean)	Théologie	29 mars 1662	II	206,et)
			II	206bis)
MICHON (Michel)	Philosophie	2 oct. 1662	II	207
MIGUET (F. Charles)	Philosophie	5 juillet1652	II	208
MOLE (Louis)	Philosophie	28 août 1661	II	209
MONCHY D'HOCQUINCOURT (Gabriel de)	Philosophie	22 août 1660.	II	210
MONTEIL DE GRIGNAN (Gabriel-Adheimar)	Théologie	4 janv. 1662	II	211
MOREL (Zacharie)	Philosophie	[16]août1671	II	212
MORIN (Henri)	Théologie	23 janv.1660	II	213
MORROGH (Pierre)	Droit canon	[16]avr.1669	II	214
MOUSSEAUX (Pierre)	Théologie	17 mars 1668	II	215
NATTIN (Jean)	Théologie	[14 nov]1669	II	216
NOÜET (Anne)	Théologie	21 mai 1663	II	217
O MOLONY (Mathieu)	Droit canon	28 mai 1664	II	218 ,et
			II	218bis.
PAIOT DE LIMERMONT (Séraphin)	Philosophie	26 août 1661	II	219
PALLEVOYSIN DE LAROCHE-DU-MAINE (François)	Théologie	30 déc. 1655	II	220 ,et
			II	220bis.
PAPELART (Jacques)	Droit canon	11 août 1661	II	221
PAUROT (Charles)	Philosophie	28 juil.1660	II	222
PERCHERON DE LESPINE (Balthazar)	Théologie	28 juin 1657	II	223
PERCIN DE MONTGAILLARD (Pierre-Jean-François de)	Théologie	5 févr. 1656	II	226
PERIER (Antoine)	Théologie	9 sept. 1662	II	224
PERRIN (Guillaume)	Théologie	24 janv.1651	II	225
PICQUES (Bernard)	Théologie	5 mai 1663	II	228
PICQUES (Louis)	Philosophie	lerJuil.1657	II	229
PIETRE (Paul-Claude)	Philosophie	14 sept.1662	II	230
PIN (Jean)	Philosophie	29 juin 1665	II	231
PIOT (Jean)	Théologie	[23 fév]1662	II	232
PISTEL (Laurent)	Philosophie	16 juil.1662	II	233
POITEVIN (Armand)	Philosophie	25 juil.1648	II	234
PONCET (Michel)	Philosophie	11 juil.1660	II	235
POREE DU PARCQ (René)	Philosophie	28 juil.1661	II	236
POTIER (Jean)	Théologie	22 févr.1662	II	237
POULIN (François)	Philosophie	15 juil.1663	II	238
PURCELL (John)	Philosophie	4 juin 1666	II	239,et
			II	239a,b,c,et d.
REGNARD (Jean)	Philosophie	8 juil. 1662	II	240
REGNARD (Julien)	Philosophie	...juin 1658	II	241
REGNARD (Julien)	Théologie	10 nov. 1661	II	242
REGNARD (Julien)	Théologie	[30]août1664	II	243
RESTAURAND (F. André)	Théologie	[11]oct.1655	II	244
ROBERT (Jean)	Droit canon	[30]déc.1665	II	245
ROSTIN (Michel de)	Théologie	28 févr.1656	II	246
ROSTIN (Michel de)	Théologie	ler fév.1661	II	247 ,et
			II	247bis.
ROUSSEAU (Jean)	Philosophie	7 juil. 1668	II	248
ROYNETTE (Simon)	Théologie	18 avr. 1662	II	249
SANTEUL (Pierre de)	Théologie	12 juil.1661	II	250 ,et
			II	250bis.
SARRAZIN (Jean-Baptiste)	Philosophie	29 juin 1662	II	251 ,et
			II	251bis.
SAUSSOY (Jean)	Théologie	9 nov. 1646	II	252
SAVIGNAC (Louis de)	Théologie	[4]janv.1670	II	253
SELLIER (Claude)	Théologie	13 févr.1662	II	254
SENAUX (Bertrand de)	Théologie	[23]fév.1662	II	255
SEVERT (Antoine-François)	Théologie	20 mars 1668	II	256
SEVIN (Michel)	Théologie	8 févr. 1668	II	257
SEVIN DE HAUTERIVE (Thomas)	Théologie	17 jan. 1654	II	258 ,et
			II	258bis.
SIMENEL (Pierre)	Théologie	ler fév.1662	II	259,et
			II	259bis,ter et quater.
STAPLETON (Edmond)	Philosophie	24 juin 1668	II	260
SUZE (Anne-Tristan de)	Philosophie	25 juil.16...	II	261
TAMPONNET (Antoine)	Théologie	11 févr.1664	II	262 ,et
			II	262bis.
TANOARN (Julien de)	Théologie	[3]févr.1661	II	263
TERRAT (Gaston-Jean-Baptiste)	Philosophie	27 juil.1661	II	264
VAILLANT (Antoine)	Philosophie	5 août 1657	II	265
VALBELLE (Louis-Alphonse de)	Théologie	7 nov. 1664	II	266
VANIER (Claude)	Philosophie	......?.....	II	267
VERDUN (Claude)	Philosophie	10 août 1659	II	268
VIC (Médéric de)	Théologie	[31]déc.1664	II	269
VREVIN (Antoine de)	Théologie	20 avr. 1657	II	270

--ooOoo--

1158445551

nendum. Vt enim Philoſophus quia ſum, pugnax idem bellatorque ſum; Ità rurſus Philoſophus quia ſum, liceat fateri, REX INVICTISSIME, *& amator quoque ſum; & veritas for-mo[illegible]ma illa Regina eſt cujus me pulchritudo non erubeſcendis adurit ignibus: Si ſteterit igitur illa cum hoſtibus meis, decebit prorsùs pacem illa inter nos conciliet æternam; decebit ejus amori tan-[illegible]æ me liceat, quantùm de te licuit amori virtutis, cum eam agnoviſti hoſtes apud tuos: apud quos è cœlo delapſa corpus illud induerat quod decuerat induere, vt tota placeret amanti mor-[illegible]les inter omnes digniſſimo. Verùm ſi me forte jubebit hæcce arma amor hicce ſic ponere, at breuî aptabit alia amor alius, quæ juſſurus ipſe eſt vt retineam obſtinatiſſimè; Nec alius ille vero,* REX AVGVSTISSIME, *quàm is ipſe quo jamdiù ſanguinem omnem meum longè magis dicatum velim Majeſtati tuæ, quàm meam hanc Philoſophiam omnem. Parere mil. certum eſt, & ſi quandò dùm ità juſſerit, ſtat ea tamen Cœlo ſententia, vt dimittenda aut arma illa ſint aut vita; non dimittam certè,* REX INVICTISSIME, *non dimittam, —— Pulchrumque mori ſuccurret in armis.*

CONCLVSIONES PHILOSOPHICÆ.

EX LOGICA.

I.

PHILOSOPHIA eſt rerum divinarum & humanarum, cauſarumque quibus hæ res continentur, ſcientia: Hæc olim hominum primo divinitùs conceſſa, poſterorum negligentiâ ferè extincta, admiratione & experientia reparata eſt. Eius objectum, rerum vniverſitas: ſubjectum, mens: finis, beatitudo: partes ſpeculativa & practica.

II.

LOGICA non eſt ars, ſed ſcientia practica quæ dirigit operationes mentis ad Verum: reliquis diſciplinis acquirendis neceſſaria. Præter Notiones Stoïcorum, Voces Nominalium, & Ideas Platonicorum admittimus cum Peripateticis Naturas communes, & citrà mentis operam formaliter vniverſales.

III.

VNIVERSALE eſt vnum aptum ineſſe multis vnivocè & diviſim. Partes eius, alij plures, alij pauciores ſtatuunt, practicè vulgares quinque retinebis. Genus prædicatur de pluribus ſpecie differentibus in quid: conſervari non poteſt ſine vllis ſpeciebus, at in vna poteſt non minùs quàm ſpecies in vno individuo.

IV.

SPECIES eſt vniverſale quod ſubjicitur generi; Subalterna eſt vel infima. Individuum quod de vno ſolùm prædicatur. Principium individuationis, novus eſſentiæ gradus. Differentia prædicatur in quale quid. Proprium in quale neceſſariò. Accidens adeſſe poteſt & abeſſe ſine ſubjecti interitu; ſeparabile eſt vel inſeparabile.

V.

DENARIVS categoriarum numerus ita ſolemnis eſt, vt nec minui poſſit niſi temerè, nec augeri. Subſtantia categorica eſt ens completum, finitum, ſubſiſtens: Deum igitur ambitu ſuo non continet; ſed cur Angelos & Cælos non contineret? Quantitatis ſpecies legitimæ ſunt Linea, Superficies, Solidum, Motus, & Tempus.

VI.

QVALITAS vulgò deſcribitur accidens à quo res denominatur qualis: dividitur in Habitum & Diſpoſitionem, Potentiam naturalem & Impotentiam, Patibilem qualitatem & Paſſionem, Formam & Figuram. Datur relatio categorica verè à fundamentis & terminis diſtincta, multiplex pro multiplicitate terminorum.

VII.

OPPOSITIO terminorum quadruplex, Relativa, Contraria, Privativa, & Contradictoria. Voces ſigna ſunt arbitraria rerum & conceptuum. Nomen ſine tempore, Verbum cum tempore ſignificat. Duarum propoſitionum ſingularium contradicentium de futuro contingenti vna determinatè vera eſt, altera falſa.

VIII.

SYLLOGISMVS eſt oratio in qua quibuſdam poſitis aliud quidpiam neceſſariò ſequitur eo quod hæc ſint. Scientia fœtus eſt demonſtrationis, non reminiſcentia. Partialis eſt vel totalis; hæc non eſt vna ſimplex qualitas, ſed plurium congeries. Ipſam cum fide & opinione conſiſtere nihil vetat.

EX ETHICA.

I.

ETHICA non eſt prudentia, ſed ſcientia practica occupata circa actiones humanas ad honeſtatem dirigendas: Iuveni non minùs quàm ſeni neceſſaria: dividitur in Monaſticam, Oeconomicam, ac Politicam. Vt bonum eſt quod omnia appetunt; ita malum, quod omnia averſantur.

II.

BEATITVDO objectiva non in divitiis, non in voluptatibus, non in honoribus, ſed in ſolo Deo collocanda eſt: formalis eſt perfecta Dei poſſeſſio, quæ intellectûs, & voluntatis actionibus continetur. Homo in ſtatu naturæ puræ non potuiſſet aſſequi cognitionem Dei intuitivam, ſed ſolam abſtractivam.

III.

VOLVNTARIVM eſt quod procedit à principio interno cum perfecta cognitione finis. Vi aut ignorantiâ deſtruitur, non metu vel concupiſcentiâ. Verberibus potiùs quàm verbis refellendi ſunt quicunque homini libertatem eripiunt: eius quodammodò radix eſt intellectus, ſedes ſola voluntas indifferens.

IV.

ACTIONVM humanarum bonitas & malitia æſtimanda eſt ex objecto, fine, & circunſtantiis. Nullæ dantur indifferentes in indiuiduo. Paſſiones ſunt motus appetitûs ſenſitivi nati ex imaginatione boni vel mali ſenſibilis cum aliqua corporis immutatione. Non ſunt omninò tollendæ, ſed ad mediocritatem revocandæ.

V.

DANTVR habitus in intellectu, voluntate, ſenſu interno, appetitu ſenſitivo, & facultate motrice. Per primum actum producuntur, per ſubſequentes, non tamen omnes, intenduntur. Non corrumpuntur ſolâ ceſſatione. Concurrunt efficienter ad eliciendos actus iis ſimiles à quibus producti ſunt.

VI.

VIRTVS non innaſcitur, nec à parentibus in liberos tranſmittitur, ſed exercitatione comparatur. Vix vlla eſt quæ duobus hinc inde vitiis non obſideatur: fortior tamen virtutum quàm vitiorum exercitus; hæc enim ſeſe perimunt, illæ ſeſe tuentur invicem: immò tam arcto ſocietatis nexu conjunctæ ſunt, vt in ſtatu heroïco ſeparari non poſſint.

VII.

QVATVOR ſunt virtutes principes, Prudentia, Temperantia, Fortitudo, & Iuſtitia. Prudentiæ propria ſedes intellectus, cæterarum, voluntas. Prudentia reliquis virtutibus medium præſcribit. Temperantia moderatur voluptatibus præſertim guſtûs & tactûs. Fortitudo magis elucet in ſuſtinentia quàm in aggreſſione.

VIII.

FORTIS duello non confliget, mortem ſibi non conſciſcet, honeſtè fugiet aliquando. Iuſtitia reddit vnicuique quod ſuum eſt: vniverſalis eſt vel particularis: illa (quæ legalis vulgò dicitur) non eſt confundenda cum virtutibus cæteris. Avaritia pejor eſt prodigalitate. Amicitia eſt amor mutuus & apertus.

EX METAPHYSICA.

I.

METAPHYSICA ſcientiarum princeps, neque Deum ſolum, neque ſolam ſubſtantiam, ſed ens commune Deo & creaturæ, ſubſtantiæ & accidenti contemplatur. Ens rationis eſt quidquid à mente concipitur aliter quàm reverâ ſit. Fit ſæpe ab homine, raRò ab Angelo, nunquam à Deo.

II.

PRINCIPIVM eſt vnde aliquid aut eſt, aut fit, aut cognoſcitur. Primum cognoſcendi principium, Impoſſibile eſt idem ſimùl eſſe & non eſſe. Datur potentia obedientialis, quæ nihil aliud eſt quàm ipſa creatura provt abſolutæ Dei potentiæ ſubjacet. Somniant qui eſſentias aïunt eſſe reales ab æterno.

III.

CAVSA definitur principium per ſe influens eſſe in aliud. Quintuplex eſt, Exemplar, Finis, Opifex, Materia, & Forma. Exemplar eſt conceptus objectivus, non rei faciendæ, ſed repreſentandæ. Cauſat finis ſecundùm eſſe reale. Cauſalitas opificis, actio, quæ denominativè quidem eſt in agente, ſubjectivè autem in patiente.

IV.

CREATVRÆ indigent immediato Dei concurſu, tum vt ſint, tum vt operentur. Inutilis eſt prædeterminatio phyſica. Cauſa prima determinat ſemper ad individuum: cauſa verò ſecunda ſæpè ad ſpeciem, intenſionem & exercitium, licet eadem ſit vtriuſque actio, ſicut & idem effectus.

V.

ACCIDENS attingit productionem ſubſtantiæ. Idem numero effectus eſſe poteſt à pluribus cauſis totalibus ejuſdem generis & ordinis. Cauſatio materiæ, ſuſtentatio: formæ, informatio. Creaturarum, quæ nunc exiſtunt, nulla creare poteſt: non repugnat tamen aliquam produci, cui talis virtus conveniat.

VI.

TRES ſunt præcipuæ proprietates entis, vnitas, veritas, bonitas. Vnitas eſt indiviſio in ſe. Veritas eſt conformitas cum propriis principiis. Bonitas non eſt appetibilitas, nec convenientia, ſed perfectio. Subſiſtentia modus eſt poſitivus. Poteſt vna ſubſiſtentia terminare plures naturas, & vna natura pluribus ſubſiſtentiis terminari.

VII.

ANGELOS exiſtere fides docet, ratio non evincit, puri ſunt ſpiritus ab omni contagione corporis immunes: non omnes ejuſdem ſpeciei nec diverſæ, omnes. Eorum facultates, Intellectus, Voluntas, & Vis motrix. Liberas tacitaſque cordium cogitationes non intelligunt antequam ad ipſos dirigantur.

VIII.

EXISTENTIA Dei ratione naturali demonſtrabilis eſt, non quidem à priori, ſed à poſteriori. Vnicus eſt, ſimpliciſſimus, infinitus, immenſus, immutabilis, æternus, ſapientiſſimus, optimus, ad extrà liberrimus, omnipotens, providus, judex ſupremus, cujus tribunal nemo declinare poteſt.

EX PHYSICA.

I.

PHYSICA eſt ſcientia contemplatrix corporis. Principia ſunt quæ nec ex ſe invicèm, nec ex aliis, ſed ex ipſis omnia. Non vnum naturæ principium, nec infinita, ſed plura, eaque finita: duo quidem compoſitionis, Materia & Forma: tria verò generationis, Materia, Forma & Privatio.

II.

MATERIA eſt ſubjectum primum ex quo inſito fit aliquid per ſe, & non per accidens. Ingenerabilis eſt & incorruptibilis, capax omnium formarum. Propriam habet exiſtentiam, & ſubſiſtentiam: eſſe poteſt abſque forma ſubſtantiali: ei coæua eſt quantitas, non autem forma corporeitatis.

III.

FORMÆ omnes, demptâ rationali, educuntur è ſinu materiæ: earum quædam ſubſtantiales. Totum Phyſicum non differt à partibus. Natura eſt principium motûs & quietis ejus in quo eſt primò, per ſe, & non per accidens. Activa eſt vel paſſiva. Auri per artem chymicam confectio non videtur impoſſibilis.

IV.

QVANTITAS à materia diſtinguitur: vna eſt in vno ſuppoſito. Non componitur ex indiviſibilibus, ſed ex partibus ſemper diviſibilibus. Infinitum eſt vbi extra quod ſumitur ſemper aliud, & aliud ſumere licet. Nullum datur in naturâ, nec ejus vi vnquam dari poteſt, abſolutè tamen poſſibile eſt.

V.

LOCVS rectiùs dicitur ſpatium occupatum, quàm ſuperficies corporis ambientis. Non poteſt naturaliter vnus locus plura corpora ſimul capere, nec vnum corpus plura loca ſimul occupare: vtrumque tamen fieri poteſt divinitùs. Corporis in pluribus locis exiſtentis eadem & diverſa eſſe poſſent accidentia.

VI.

VACVVM in naturâ ſolus auctor naturæ procurare poteſt: in eo fieret motus & quidem ſucceſſivus. Dantur ſpatia imaginaria in infinitum diffuſa, in quibus Deus eſt & Mundus. Tempus eſt rerum extantium. Deſcribitur numerus motûs ſecundùm prius & poſterius: non conſtat ſolis inſtantibus.

VII.

EXISTENTIAM motûs aſtruit quiſquis verbis conatur impugnare. Definitur actus entis in potentiâ quatenus in potentiâ. Grauia & leuia non moventur à generante, ſed à ſuis formis: nec projecta à ſolo medio, ſed præſertim à qualitate impreſſâ. Non datur neceſſariò quies in puncto reflexionis.

VIII.

MVNDVS eſt compages ex cœlo terrâque & iis naturis quæ intrà continentur. Vnicus eſt & perfectus: multiplex eſſe poteſt, & perfectior: Temporaneus eſt, non æternus. Sex dierum ſpatio non vno inſtanti conditus. Cœli non moventur ab intelligentiis. Elementa non remanent in mixto. Anima eſt actus primus corporis organici, &c.

Has Theſes Deo Duce propugnabit GABRIEL DE MONCHY D'HOCQVINCOVRT, *die 22 Augusti, anno Dom.* M. DC. LX. *à prima ad Veſperam.*

Arbiter erit LVDOVICVS NOEL, *Baccalaureus Theologus, & Philoſophiæ Profeſſor.*